UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Synodvs Nicæna II. Generalis. Sub Hadriano papa I. anno DCCLXXXVII.

Parisiis, 1644

XVIII. Quod non oportet feminas habitare in episcopiis, vel virorum monasteriis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15473

Visual Library

ANNO CHRISTI 787.

XVIII.

Quod non oportet feminas habitare in epiſcopiis, vel virorum monaſteriis.

1. Cor. 10. *Sine offenſione eſtote his etiam qui foris ſunt,* diuinus dicit Apoſtolus. Feminas autem commorari in epiſcopiis, vel etiam monaſteriis, omnis eſt offenſionis materia. Quiſquis ergo ancillam vel liberam in epiſcopio poſſidere claruerit, vel in monaſterio ad opus miniſterii alicuius, increpetur: ſi autem permanſerit, deponatur. Porro ſi contigerit in proaſtiis feminas eſſe, & voluerit epiſcopus vel abbas iter * ad eas facere, præſente epiſcopo vel abbate nullatenus miniſterii opus facere eo tempore mulieri liceat, ſed ſeorſum moretur in alio loco, donec epiſcopus vel abbas recedat propter irreprehenſibilitatem.

* Gr. illuc

XIX.

*Vt ſine dationibus * ſponſiones ſacrorum virorum, monachorum quoque ac monacharum fiant.*

* admiſſiones

In tantum inoleuit auaritiæ facinus in rectores eccleſiarum, vt etiam quidam eorum qui dicuntur religioſi viri atque mulieres, obliuiſcentes mandatorum Domini, decipiantur, & per aurum * introitus accedentium tam ad ſacratum ordinem, quam ad monaſticam vitam efficiant. Vnde fit, vt quorum initium improbabile eſt, omnia ſint proiicienda, vt magnus ait Baſilius. Neque enim Deo per mammona ſeruire licet. Si quis ergo inuetus fuerit hoc faciens,

* receptiones

ιη'.

Ὅτι οὐ δεῖ γυναῖκας ἐνδιαιτᾶσθαι ἐν ἐπισκοπείοις, ἢ ἐν ἀνδρώοις μοναστηρίοις.

Ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ τοῖς ἔξωθεν, φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος. τὸ δὲ γυναῖκας ἐνδιαιτᾶσθαι ἐν ἐπισκοπείοις ἢ καὶ μοναστηρίοις, παντὸς προσκόμματος αἴτιον. εἴ τις οὖν δούλην ἢ ἐλευθέραν ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ κτώμενος φωραθείη, ἢ ἐν μοναστηρίῳ πρὸς ἐγχείρησιν διακονίας τινὸς, ἐπιτιμάσθω· ἐπιμένων δὲ καθαιρείσθω. εἰ δὲ καὶ τύχοι ἐν προαστείοις γυναῖκας εἶναι, καὶ θελήσει ἐπίσκοπος ἢ ἡγούμενος πορείαν ἐν τοῖς ἐκεῖσε ποιήσασθαι, παρόντος ἐπισκόπου ἢ ἡγουμένου μηδόλως ἐγχείρησιν διακονίας ποιείσθω κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν γυνὴ, ἀλλ' ἰδιαζέτω ἐν ἑτέρῳ τόπῳ, ἕως ἂν τὴν ἐπαναχώρησιν ποιήσωνται ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ ἡγούμενος, διὰ τὸ ἀνεπίληπτον.

ιθ'.

Περὶ τοῦ ἐκτὸς δόσεων τὰς καταταγὰς τῶν ἱερατικῶν ἀνδρῶν, μοναχῶν τε καὶ μοναστριῶν γίνεσθαι.

Τοσοῦτον κατενεμήθη τῆς φιλαργυρίας τὸ μῦσος εἰς τοὺς ἡγήτορας τῶν ἐκκλησιῶν, ὥστε καί τινας τῶν λεγομένων εὐλαβῶν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἐπιλαθομένους τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου ἐξαπατηθῆναι, καὶ διὰ χρυσίου τὰς εἰσδοχὰς τῶν προσερχομένων τῷ τε ἱερατικῷ τάγματι καὶ τῷ μονήρει βίῳ ποιεῖσθαι. καὶ γίνεται ὧν ἡ ἀρχὴ ἀδόκιμος, καὶ τὸ πᾶν ἀπόβλητον, ὥς φησιν ὁ μέγας Βασίλειος. οὐδὲ γὰρ θεῷ διὰ μαμωνᾶ δουλεύειν ἔξεστιν. εἴ τις οὖν εὑρεθείη τοῦτο ποιῶν,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN